Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aus einen Missale plenum, Fragment - Cod. Aug. Fr. 31

[S.l.], [12. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-1988

Visual Library

[c]o[nfit]eor [tibi pater domine] [c]eli et terre. q[uia] abscondisti hec a sapientib[us] et prudentib[us].
et reuelasti ea paruulis. Ita pat[er]. quo[niam] sic fuit placitu[m]
ante te. Om[n]ia michi tradita s[un]t a patre meo. et nemo
nouit filiu[m] nisi pat[er]. Neq[ue] patre[m] quis nouit nisi filius.
et cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me om[ne]s qui
laboratis et onerati estis. et ego reficia[m] uos. Tollite
iugum meu[m] sup[er] uos. et discite a me q[ui]a mitis su[m] et
humilis corde. et inuenietis requie[m] animab[us] u[est]ris. Iugu[m]
e[ni]m meu[m] suaue est. et onus meu[m] leue. OF Reuela oculos. SEC.
Sc[ti]ficetur q[uesumu]s d[omi]ne huius n[ost]re oblationis munus. tua coope-
rante sapientia. ut tibi placere possit ad laude[m]. et
nobis p[ro]ficere ad salute[m]. P[er]. CO Seruite. AD CO.
Infunde q[uesumu]s d[omi]ne d[eu]s p[er] hec s[an]c[t]a que sumpsim[us] tuis cordib[us]
n[ost]ris lumen sapientie. ut te ueraciter agnoscamus. et fi-
deli[te]r diligamus. P[er]. AL. Deus qui misisti filiu[m]
tuu[m] et ostendisti creature creatore[m]. respice p[ro]pitius
sup[er] nos famulos tuos. et p[re]para agie sophie digna[m] in
cordibus n[ost]ris habitatione[m]. P[er]. FER. III. DE SCO SPU. Deum sanctificatus
D[eu]s cui om[n]e cor patet. et om[n]is uoluntas
loquit[ur]. et nullu[m] latet secretu[m]. purifica p[er] infusione[m] s[an]c[t]i
sp[iritu]s cogitationes cordis n[ost]ri. ut te p[er]fecte diligere. et
digne laudare mereamur. P[er]. L. AD CORINTHIOS.
FR[ATRE]S. Vnicuiq[ue] datur manifestatio sp[iritu]s ad utilitate[m]. Alii
quide[m] p[er] sp[iritu]m datur sermo sapientie. alii aut[em] sermo sci-
entie. sec[un]d[u]m eunde[m] sp[iritu]m. Alte[ri] fides. in eode[m] sp[irit]u. Alii
gratia sanitatu[m]. in uno sp[irit]u. Alii operatio uirtutu[m]. alii
p[ro]phetatio. alii discretio sp[irit]uu[m]. Alii genera linguaru[m].
alii int[er]pretatio sermonu[m]. Hec aut[em] om[n]ia operat[ur] unus
atq[ue] idem sp[iritu]s. Diuidens singulis p[ro]ut uult. GR Beata gens. ALL Emitte sp[iritu]m.
In illo t[empore]. Dixit ih[esu]s discip[ulis] suis. S. IOH.

illo temp

f. v

In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum affera-
tis et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater et
ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta
mea servaveritis manebitis in dilectione mea. Sicut et
ego patris mei precepta servavi et maneo in eius dilec-
tione. Hec locutus sum vobis ut gaudium meum in vobis
sit et gaudium vestrum impleatur. OF Emitte spiritum. SEC.
Hec oblatio domine deus cordis nostri maculas emundet ut sancti
spiritus digna efficiatur habitatio. Per. CO Spiritus qui a patre. AD CO.
Sacrificium salutis nostre sumentes concede nos domine deus puri-
ficatis mentibus sepius tue pietatis celebrare mysterium. Per
Concede quesumus omnipotens deus sanctum nos spiritum votis promereri at
sedulis quatenus eius gratia ab omnibus liberemur tempta-
tionibus et peccatorum nostrorum indulgentiam mereamur. Per
FER. IIII. AD SUFFRAGIA ANGELORUM. A Adorate deum.
Perpetuum nobis domine tue miserationis presta subsidium qui-
~~et angelica presidia suffragia~~ non deesse. Per. L. APOC.
In diebus illis. Dixit mihi angelus. Scribe. Beati IOH APL
qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Et dixit michi.
Hec verba dei vera sunt. Et cecidi ante pedes eius ut ado-
rarem eum. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conservus tuus
sum et fratrum tuorum habentium testimonium Ihesu. Deum adora.
GR Benedicite dominum. ALL Laudate. S. IOH.
In illo tempore. Ascendit Ihesus hierosolimam. Est autem hie-
rosolimis probatica piscina que cognominatur hebraice
bethsaida quinque porticus habens. In his iacebat mul-
titudo magna cecorum claudorum aridorum expectantium
aque motum. Angelus autem domini descendebat secundum tempus
in piscinam et movebatur aqua. Qui ergo primus descendisset
post motionem aque sanus fiebat a quocumque languore